

PAULUS SECUNDUS.

396

tatem tamen pater habetur, & sicut filiatione causa ve-
nienti debet Ecclesiam tanquam materem, & prælatio-
nis causa preferebit ei, ut pastor gregis suorum populo,
reector famillia. Cum his & generalis Concilii auctorita-
tem, & potestatem complicitum, quemadmodum &
anno nostro Constantie, duobus iuri Synodus vniuersali-
lis, declaratum, definitumque sit. Venetiarum enim Con-
stantinense Concilium, & cum ea, quæ precesserunt a Ro-
manis Pontificibus nostris predecessoribus approbata,
inter quæ nullum iudicium anquam satis tacum, mod-
stante Romano indebito Pœfule, absque ipsius au-
toritate conuenientem, quia non est corpus Ecclesie sine
capite, & omnis ex capite dehinc in membra potestas.
Hæc nostra sententia est, filii: hæc credimus, & profite-
mur: hæc jam senes, & in Apostolatus apice constituti,
pro veritate assertimus.

*Et quæ in et-
atram ser-
per, sanguis
ormea revi-
cæ.*
Dat. P. An. 5.
die 26. Apr.

§. 1. Si que vel vobis, vel aliis conscripsimus ali-
quando, quæ huic doctrina repugnant, illa tanquam er-
ronea, & juvenilis animæ parum pensata judicia, reuoca-
mus atque omnino respiciimus.

Dat. Roma apud S. Petrum, 6. kal. Maii, Anno millesi-
mo quadragesimo sexagesimo tertio.

X L. Proh b'io prædicandi, disputandi, aut suaden-
di hæreticum, vel peccatum esse credere
Iesu Christi sanguinem in triduo sua pas-
sionis, ab ipso Divinitate diuisum, vel non
diuisum fuisse.

*Educa An. 7.
1464.*

P I V S E P I S C O R V S,
Seruos Servorum Dei: Ad suam rei memoriam.

Ecclesiæ.
Ineffabilis summi prouidentia Patris, ad hoc nobis,
quanvis immeritis vniuersitatis Ecclesie regimen pia-
dignatione commisit, ut tanquam de summo vertice ad
intima reflectentes intuitum, quid pro facie Religionis
expedit propagatione felici, & qualiter illius multipli-
catis plantationibus Religio ipsa floride dilatetur, soler-
tius intendamus, omnemque inquietudinis, & molestiae
fomitem subtrahamus, sive statu omnium Religio-
rum in humanitate Altissimo famulantum, opportu-
ne provideamus, quod omnibus ab ipsis sublati mole-
stias, in Religionis obseruantia, jucique perseueratione
quietius intendere valeant.

*Quidam re-
uebant san-
guinem Christi,
in triduo
passionis ab
ipsius Diuin-
itate fuisse di-
uisum. Easq[ue]
contrarium
affirmabant.*

*Hic ergo Pon-
tificis de bo-
predicari &
d' p[re]dicti
prohibebat*

§. 1. Sane, cum dudum inter dilectos filios Prædi-
catorum, & Minorum Ordinum Fratres (fatore zizaniz
operante) super eo quod eorum aliqui in ipsorum pre-
dicationibus pretiosum Sanguinem Domini nostri Iesu
Christi in triduo passionis ejusdem separatum fuisse ab
ipsius sanctissima Diuinitate asseverabant, alii vero fore
contrarium tenebant, dissensionis materia exorta foret,
ex qua ad tantam inter eos altercationem, ut accepimus
deuentum exitit, ut facile mentibus fidelium posset
scandalum generari. Et licet alias Nos ad obuiandum
Prædictis, auditis iis quæ circa præmissa vtraque pars di-
cebat, & allegabat, silentium imposuerimus, ac materiam
ipsam indiscretum pro tunc reliquerimus, ac mandavi-
mus de hujusmodi dubietate amplius disceptationem
aliquam fieri non debere; quia tamen verendum fore, ne
ex contrarietate prædicta, in mentibus eorumdem Chri-
sti fidelium aliquid scandali ad eorum animas illaquean-
das evenire possit, matura præmeditatione curavimus
omnibus finitris euentibus præmissis, prout ex debito
Pætoralis officii adstringimur, obuiare.

§. 2. Ut igitur in Ecclesia Dei orthodoxe fidei vni-
tas præseruetur, & de cetero tollatur occasio in huius-
modi controverbias incidendi, auctoritate Apostolica te-
nore præsentium statuimus, & ordinamus, quod nulli
Fratrum prædicatorum deinceps liceat de supradicta du-
bietate disputare, prædicare, vel publice, aut private ver-
bum facere, seu aliis suadere, quod videlicet hæ-
reticum, vel peccatum sit, tenere, vel credere, Sanguine
ipsum sacratissimum, ut præmititur, triduo passio-
nis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ab ipsa Diuini-
tate quomodolibet fuisse, vel non fuisse diuisum,

vel separatum, donec super subiectatis huiusmodi deci-
sione, quid tenentum sit, dicat per Nos, & Sædem Apo-
stolicam definitum.

§. 3. Mandantes propterea vniuersis & singulis co-
rundem, & allorum quorumcumque Ordinum per to-
tum Ordem constitutis Fratribus, cuiuscumque status,
gradus, vel conditionis existant, presentibus & futuris,
sub excommunicationis late sententie pena, quam ipso
facto incurrit, & à qua nisi in mortis articulo constituta,
nisi per Nos, aut successores nostros absolvi possint, ne
contra statutum, & ordinationem nostram prædictam ve-
niere, aut facere, vel tentare quoquo modo præficiantur.

§. 4. Necnon omnibus, & singulis predicatorum &
aliorum Ordinum Prælatis, ut in virtute sanctæ obedientie
transgressores omnes, quos in peccatum huiusmodi in-
cidisse, aut contra prædicta dixisse, vel fecisse præsumple-
ti dignis penitentiis, dirisque, carceribus punire, & mancipi-
patre procurare, ac Fratribus ipsis utriusque, seu alterius
Ordinis, de cetero sub eisdem penitentiis, aliquem Fratrem,
seu alium, hereticum propterea proclamare, aut hæ-
resis ex hoc labore incurrisse constiterit, illam, vel illos
apud Sædem Apostolicam denuntiare teneantur, & de-
beant, quodque inter alias quascumque Ecclesiasticas, sa-
cularesve personas, nullus Fratrum Ordinum prædictor-
um, seu aliorum, aliquem de prædictis infamare, aut de
illo quomodolibet proclamare præsumat.

§. 5. Quinimo, ut Fratres ipsi Prædicatorum, &
Minorum Ordinum huiusmodi, mutuo se diligant, &
cum charitate pertractent, secundum Ordinum ipsorum
instituta, & Regularis obseruantia regulam, sub peccata
præmissa auctoritate, prædicta tenore præsentium iniungi-
mus, decernentes ex nunc omnes, & singulos Fratres Or-
dinum prædicatorum, qui prædicta non obseruare, vel illis
contrafacere, vel venire studuerint cum effectu, ad om-
nes actus legitimos Religiosorum, & Ordinum ipsorum
penitus inhabiles, & incapaces, necnon irritum, & inane,
si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter
vel ignoranter contigerit appetitari.

§. 6. Nulli ergo omnino licet hanc paginam nostro-
rum mandati, iniunctionis, & constitutionis infringere,
vel ei aucto temerario contraire. Si quis, &c.

Dat. Anconæ, Anno incarnationis Domini 1464. Dat. 1.
Pont. nostri Anno sexto. die 9. Apr.

PAULUS SECUNDUS PONT. CCXV.
ANNO DOMINI MCLXIV.



Paulus Secundus, Venetus, Petrus Barbus ante di-
ctus, presbyter Cardinalis tituli S. Marci. Creatus pri-
die Kal. Septembris 1464. Coronatus quinto Idus
Septembris

PAULUS SECUNDUS

397

Septemberis eodem anno, sedat annos 67. natus. dicitur opimus. Domino clemente prouidit. Tunc propter divinitatem mercedem quam inde meritos, nullum de aliis. Sicut gratia uectus consolatur.

26. Creavit Cardinales undegim. Obitum. Kaled. Augusti anno 1471. Sepultus fuit in Basilica S. Petri. Vacatio Sedes dies 14.

Datus Romae apud S. Petrum, Aucto. Incarnationis Domini 1464. 16. Kalendas Octobris Pontificis. Anno primo.

1. Jurisdiction & Facultates Vicarii Papae, in Urbe ejusque districtu.

Anplioribus jurisdictionibus abitur hodie Vicarius, ex procurum pontificis, constitutionibus, quas tibi indicabo in Pauli II. constit. 36. Licet, ubi punam adnotaciones, eas habere propterea ostendendo.

2. D. P. A V L V S E P I S C O P V S,
Servus servorum Dei: Venerabilis Fratri Dominico Episcopo
Toculano, in Alba Virbe in spiritualibus Vicario nostro,
Salutem & Apostolicam benedictionem.

VICARIUS Ecclesiarum omnium universalis cura, & populi Christiani regimen ad vigilantiam nos inducant. Romanum tamen Urbs inclita, quam caput Orbis divina clementia stabilivit, mentem nostram sollicitat, ut de ipsius statu prospéro & salubri attentius & diligentius ita procuremus, ut spiritualiter & temporaliter felicioribus successibus congruum recipiat incrementum.

§. 1. De tua ergo laudabilis vita, morum gravitate, probata fide, & circumspetione, alisque virtutum donis, quibus personam tuam prædixam esse familiari experientia percipimus, firmam in Domino spem gerentes, ac sperantes quod ea qua tibi committenda duxerimus, prudenter & fideliciter exequaris. Te in praefata Urbe, ejusque suburbis, Diœce. & districtu Vicarium nostrum in spiritualibus usque ad nostrum & Sedis Apostolicam benefacit, cum honoribus, oneribus, fructibus, & emolumentis consuetis, auctoritate Apostolica testore presentium facimus, constituius & deputamus.

§. 2. Tibique visitandi Ecclesiæ, Monasteria, & loca Ecclesiastica secularia & regularia quorunque ordinum ipsius Urbis, etiam Ecclesiæ S. Laurentii, Anastasi, S. Sebastiani & S. Agnetis, & alia Monasteria, & Ecclesiæ prope Urbem ipsam, exempta & non exempta, & ipsorum personas, & eorum cuiuslibet ipsorum excessus & criminis multandi, corrugandi, puniendo prout secundum Deum & iustitiam videris expedire. Causas civiles & criminales audiendi, exaudiendi, cognoscendi, & fine debito terminandi; Conferendi quoque Ecclesiastica Sacramenta, Ecclesiæ dedicandi, & eas vel earum cœmeteria reconciliandi. Aliaque omnia & singulârē facienda, gerenda, ordinandi, disponendi, exercenda, mandandi, & execquendi, qua ad hujusmodi Vicariatus officium de jure vel consuetudine pertinere noscuntur: Contradictores quoilibet & rebelles per censuram ecclesiasticam penitale, coercitionem, & alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendi, plenaria & libera auctoritate prædicta harum serie facultatem concedimus, & potestatem ac auctoritatem.

§. 3. Non obstantibus si aliquibus Ecclesiæ, Monasteriis vel Ordinibus, corrumque personis à Sede Apostolica sit indultum, quod capi seu detineri, aut interdicci, suspensi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi resistit.

§. 4. Mandantes propterea omnibus & singulis ad quos pertinet & spectat, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quatenus tibi in execundi his qua ad officium tuum prædictum pertinere noscuntur, omnibus possibilibus illitant auxiliis, consiliis & favoribus opportunis, tibique pareant, & obedient prout nobis.

§. 5. Quocirca fraternalitatem per Apostolica scripta mandamus, quatenus officium Vicariatus hujusmodi devote suscipiens, sic illud prudenter, sollicite & fideliciter exequaris, quod exinde sperati fructus animarum, sicut

Bullar. Mag. Tom. I.

De his quæ observare debent Judices à Sede Apostolica delegati, in causa alienationum bonorum Ecclesiasticorum.

Facultatem has causas delegandi abstulit monibus Sedi Apostoli. In aliis pars V. ut infra in ejus conf. 69. Volentes.

De materia alienationum, dicato hic Instru in constit. 3. Ambitiose.

P. A V L V S E P I S C O P V S, 2300 AD
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1465.

Cum in omnibus judiciis sit rectitudine iustitiae, & conscientie puritas observanda, id multo magis in concessionibus alienationum rerum Ecclesiasticarum convenient observari, in quibus de Christi patrimonio & dispensatione pauperum, non de proprio cuiusque pecunio agitur, vel tractatur. Quapropter oportet ut in examinandis hujusmodi alienationum causis, que à Sede Apostolica in forma, si in evidenter utilitatem cedant, oneratis Ecclesiasticorum Judicum conscientiis delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio pœnali iustitiam conscientiamque subvertat.

§. 1. Monemus igitur, & sub intermissione divini judicij omnibus Commissariis, & delegatis hujusmodi districte præcipimus, ut caute, & diligenter attendant causas in literis Apostolicis per supplicationes expref-
festas, illasque sollicitè examinent, atque discutiant, testes, & probationes super narratorum veritate recipient, & solum Deum pœ occlus habentes, omni timore, aut favore deposito, Ecclesiatum indemnitatibus consulant, nec in lœsiōne, aut detrimentum earum decretum quod modolibet interponant.

§. 2. Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientie fute prodigus, in gravamen, aut detrimentum Ecclesiæ per gratiam aut timorem, vel fordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interpositam, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrit, Episcopus vero, aut Superior, ab executione officii per annum, noverit se suspensem, ad cœ-
nsiderationem detrimenti Ecclesiæ illati nihilominus con- demnandus, sciturus, quod si suspensione durante damna biliter ingelerit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, à quo non nisi per summum Pontificem pos- terit libertari.

§. 3. Is vero, qui dolo, vel faude, aut scienter in detrimentum Ecclesiæ alienationem fieri procuraverit,
completes quoque in eis meatus res præmis hie descriptas inveniuntur

aut per fordes, vel impressionem, alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurreret, à qua non nisi per Romanum Pontificem possit absolviri, ad restitutionem nihilominus rerum alienata-
rum, cum fructibus, quandocumque de pœnissimis consti- terit, condemnandus.

§. 4. Volumus autem, quod Legati, & Commissarii
in commissione pœnis constitutionis nostræ specificè mo- nitione Scias inferantes,

prædicti de pœnis constitutionis nostræ specificè mo- niantur, & in quibuscumque literis, & commissionibus hujusmodi hoc statutum nostrum inseratur.

Nulli ergo, &c.

Datum Roma apud Sanctum Petrum, Anno Incarna-

tionis Domini 1465. 5. Id. Maii, Pontif. nostri anno die 11. Maii

primo.

Gubus

III.

Gubernatores Civitatum, & aliorum locorum
Statu Ecclesiastici, nullatenus praefer esculentia
& pocula ex qua triduo confumuntur non
recepian. Officia per Papam conferri solita,
non conferant. Exulesque, vel poenam super
florenos sex, non remittant.

Quod manera recipienda à Communis tibus, gra-
evorem prohibitionem edidit Clem. VIII. inf. in
ejas consi. 10. Pro commissa. Quod Exiles non
remittendos, vide infra dictorum dispositionem in
Pii V. consi. 10. Ex superna, ubi notabo Et quod
poenas non condonandas, habes plenaria in consi.
93. Sixti V. Ad Romanum.

Hec autem constitutio expressè confirmatur. Sixt. IV. infra
in constit. 15. §. 3.

editio ad D.
1406.

PAVLVS EPISCO PV S.
Seruus Seruum Dei: Ad futuram rei memoriam.

Mandatum re-
cipio apud
Papam officia-
le, multa ma-
lificencia.

M Unera excusare oculos sapientum, & pervertere
corda justorum, sacra Scriptura testatur. Unde il-
le laudatur, ille prædicatur beatus, qui post aurum non
abire nec argentum, & qui excutit manus suas ab omni
rumore, de quo Prophetæ testatur: quoniam ipse in ex-
celsis habitabit, & in monumenta laxorum, sublimitas
ejus. Quod cum omnes facere convenient, tum maxime
servare oportet Apostolicos Legatos, & Gubernatores
Provincialium, Civitatum, atque Terrarum, Rom. Ec-
clesie subditarum, quos decet cæteris secularibus Ma-
gistratibus, justitiae & integritatis exempla præbentes, ut
avaritiam odiant, & munera super innocentes non cu-
piant. Sanè ad nostrum non sine molestia angni, perve-
nit audicim, quod superioribus temporibus diversi Re-
gares, & Gubernatores Terrarum, & Provincialium
S.R.E. subditarum, & nonnulli Legati, etiam de latere,
ad gubernationem ipsatum Terrarum, & Provincialium
emissi, solitum quendam sequentes abulum, munera a
Provincialibus, & incolis locorum, publicè & privatim
fusce perunt, etiam in valis aureis vel argenteis, vel equis
aut vixualibus, excedentes omnem modum, permis-
sione Canonica, quæ quidem non solum ipsis civi-
tibus & provinciis gravia & onerosa fuerit, sed etiam
exemplo turpia, & pernicioса opere comprobantur. Si-
quidem ipsis munib' vel donis allecti, privata gratia
& factioibus potius, quam justitie studerunt, multi-
que criminis gravia delicta & flagitia pecunia redeme-
runt, atque (ut breviter circumscribamus) impletum est
in plenis propheticum illud, quod in eorum mani-
bus iniurias fuit, & dextera eorum repleta est munici-
bus. Siquidem B. Isidorus ait, Cito jugulabit aurum ju-
stitia, nullaque reus pertimescat culpam, quam redinse-
re numinis existimat.

editio Rom.
apud sanctum Mar-
cum Ecclesie
Officialium pro-
mota.

6.1. Volentes igitur talibus abutibus providere, &
per Officialies & Ministros Apostolicas S. dis., omnem
integritatem munditudinemque servari, hoc perpetuo prohi-
bemus edicto, ne quisquam deinceps Rectorum, aut Gu-
bernatorum quoniamcumque Officialium Romane Ec-
clesie, vel etiam Legatorum de latere, ad regimen & gu-
bernationem provincialium, civitatum, ac terrarum Ro-
mane Ecclesie deputatorum vel deputandorum, à pro-
vinciis, civitatibus & terris quibus præsent, vel officia
exercere, nec à singularibus suis legationi, regimini, vel
gubernationi suppeditis, aliquod genus manus, nec au-
ram, nec argentum, aut vestem, aut equum, vel aliquod
cujuslibet speciei manus accipiat, præter esculentia &
pocula, que brevi tempore consumi possunt, quod
tempus ad biduum moderatur, aliquoq' tam dantes
quam accipientes, etiam si Pontificale præfulgeant digni-
tate (dummodo non sint sacrofæcie Romane Ecclesie
Cardinales, qui in sacro Collegio coram Nobis, sponte
sua obtulerunt & promiserunt, non recepturos hujusmo-
di munera ipsis facto sententiam excommunicationis in-
currant, à qua absolvit non possint nisi à Romano Pon-

Hec, præterquam in mortis articulo constituti. Et infa-
par omne id quod acceperint, & aliud tantumdem redi-
dere tenentur.

§. 2. Mandantes ut omnes & singuli Legati, Rectores
& alii officiales prædicti, priusquam ad sua admittantur
officia, videbunt Cardinales Legati, in dicto Collegio
coram Nobis promittere, inferiores vero in Camera
Apostolica, & observanda hujusmodi constitutione no-
stra (quam perpetuā valere, & vim decretalis habere
decernimus) Juramentum præstare teneantur, quod
etiam in forma juramentorum præstari solitum, adjungi
& affervati mandamus.

§. 3. Insuper, ne sub occasione munierum officia in-
feriora in ipsis provinciis, civitatibus, & terris, venalia
sedantur, aut criminis debitas poenas effugiant, vel
multe pro debitis impositæ, & si co applicande, in pri-
vatas utilitates redigantur, pari prohibemus edito, ne
Legati & Gubernatores prædicti, Præturas civitatum &
alia inferiora officia, per Romanos Pontifices conferri,
vel alia concedi solita, conferre, confirmare, aut de illis
quomodolibet, sine speciali commissione nostra vel suc-
cessorum nostrorum ordinare præsumant. Pro his vero
quæ ad ipsorum Legatorum, vel Gubernatorum disposi-
tionem, vel confirmationem pertinent, pro collatione
officiorum, vel confirmatione nil accipiunt, præter mode-
ratam mercedem secretarii, sive scriptorum & sigilli-
feri, & quam quidem in majoribus officiis & civitatibus
in signioribus, ad duos florenos de Camera, in minoribus
officiis, vel civitatibus minus insignibus, ad unum flo-
renum, in minimis vero, seu castellis, dimidium florenum
similem tantum, pro salario secretarii, scriptorum, & si-
gilli taxamus, & limitamus.

§. 4. Insuper prohibemus ne aliquos reos capitalium,
aut exiles, bannitos, & diffamatos sub pena capitis ab-
solvere, restituere, aut à pena liberare audeant, sine Ro-
mani Pontificis licentia speciali.

§. 5. Præterea multæ & condemnationes pecuniariæ,
Cameræ Apostolice de jure vel consuetudine applicari
solitas, remittere non possunt aut donare, nec de illis gra-
tiam aut remissionem facere, nisi usque ad summam lex
florenorum aut de Camera, in multa seu condemna-
tione quamvis gr. vi.

§. 6. Revocantes omnes concessiones aut facultates, in
genere vel specie cuivis Legato, Rectori, vel Gubernato-
ri concessas, in quantum præmissis adversentur, illasque
pro inf. eis habentes, decernerent quicquid contra præ-
missa & quodlibet præmissorum attentatum fuerit, nul-
lius esse torboris vel momenti, & absolutions, remissio-
nes, donationes, & gratias quorūlibet Legatorum, Re-
ctorum, & Gubernatorum, quacumque auctoritate fun-
gements, in futurum contra præmissa fortitan facendas,
nulli penitus suffragari.

§. 7. Mandantes hanc constitutionem nostram in om-
nibus Civitatibus Romane Ecclesie insignioribus, nunc
& singulis quibuscumque temporibus, in adventu no-
vi Legati seu Gubernatoris, solemniter publicari, &
ab omnibus inviolabiliter observari, ac de verbo ad ver-
bum in libro ibidem aliquo authenticō registrari & con-
servari.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam, &c.

Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno Incarna-
tionis Domini millecento quadringentesimo sexagesi-
mo sexto, quinto decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus
nostrī anno secundo.

Contra vindictam transversalem in Urbe ejus-
que districtu sumentes, aut Cavalcatas, seu
hominum collectas facientes, brigoloque &
eorum fautores.

Hec bullæ fuit primum à Sixt. IV. die 12. Iulii 1477.
& deinde ab Innocent. VIII. die 13. Septembris
1478. confirmata, sed posita ad omnia loca Sta-
tus Ecclesiastici extensa à Pontif. successorib. ut
liqueat

PAULUS SECUNDUS.

(9)

ligeret ex bullâ 10. Clem. VI. i. inf. & bullâ 10. cùmque etiam eroci injuria lacerata pto sua, vel amicis aut propinquis injuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alia amicum, vel domesticum offendit, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunq; modo, realiter vel personaliter, offendere præsumpsit, aut talis fieri fecerit, vel mandaverit.

*p. P A V L U S E P I S C O P U S,
Sérus Sérurus Dñs: Ad fuitq; rei memoriam.*

Viros sanguineos & dolosos abominabiles Deo, Sanctus Propheta testatur, nec immerit quidem apud Deum & homines detestandi videntur, qui horrenda saevitia, & vindicta furore succensi sanguiinem sitiunt aliorum, & presertim infirmorum, ita ut non solum corporum mortem procerent, sed etiam animarum. Pro quibus Dei Filius mortem subiit corporalem, easque pretio sui sanguinis comparavit. Unde nos ejusdem Salvatoris vicem, disponente Domino, licet immeriti, obtinentes in terris, eodem merito detestamur, & ad gregis Dominici custodiam sollicitis excitati vigiliis, animarum & corporum salutis, & publicæ paci ac quieti, attenta cogitatione insistimus, ut perditorum hominum audaciam compescendo, animas simul & corpora Deo lucrificare sua nobis cooperante gratia valeremus.

Sanè in Alma Urbe nostra, quæ licet per sacram beatissimi Petri Sedem totius est caput Orbis effecta, ita ceteris Urbibus quietis & pacis norma & exemplar debet esse justitiae, instigante diabolo pestiferum & perniciosum malum irep̄f̄, ut si quando inter aliquos, etiam pro levissima causa, quam brigam vocant, rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percutuerit aut vulneraverit, percussus aut vulneratus hujusmodi offendit patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis, injuria expertem & plerumque offendit ignarum, aut hujusmodi excessus pluviuum indolentem, horribili immanitatem, & furiosa clementiam, in vindictam sua injuria vulnerat, & interdum occidit, aut aliquis propinquorum offensis ad ultionem injuria propinquū sui, ut præmittitur, propinquum offendentis vulnerat, vel occidit, vel vulnerari & occidi facit, inde quoque juxta damnabilem abusum Civitatis utraque pars se dominis privatis, includit, quas in contemptum Suni Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magistratum civitatis, armatis complens, & interdum foras de morum, & porticus stecatis communiant, ubi tanquam ad officinas asylum scelerum perdit homines, & sceleri, ex utraque parte convenient, illuc rabida factio jungitur, atrocissimi sceleris immanitas concordans, illis derentia, & furia est, & venalis injuria, dum iis, qui nulla sunt injuria lacerati, ad vindictam ofensorum insana mente, & feroci crudelitate conjurant. Ii sunt quorū veloces pedes sunt ad effundendum sanguinem, quā viam pacis non cognoverunt. Inter quos sedē & obsecena commercia, aleatorum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiz, & obscenæ aguntur inceſtus: ex iis oritur regentum Rempublicam, & Magistratum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri processit abuso, ut si quando hujusmodi rixa & offendit intercedunt, non solum propinquū, atque coniuncti, sed etiam extranei utrique parti le offerunt, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, fate de bene, nuncupatur, ex quo plerumque totius civitatis studia, non sine gravi nota regentum, atque discrimina reipublicæ, armantur adversus proximos, miseri spiritu diaboli repletī, omne ius humanae societatis, omnem charitatem, omnem civilem concordiam damnabilis abusus perversunt.

§.1. Nos igitur tam immanni, & crudeli facinori, ac populi nostri peculiaris periculis volentes occurtere, & tam nefarios præsumptores debite animadversionis mureone ferire, & ut tuta sit inter improbos innocentia, etiam in iplis improbis formidato supplicio, refrænetur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque Almae Urbis nostræ paci, & quieti, & tranquillitati consulere, ut scelici ducta regimine præteretur à noxiis, & optatis saepius proficiat incrementus. Hoc irrefragabili, matura, & perpetuā validura constitutione statuimus, & ordinamus, ut quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Civis Romanus, vel quævis alia Ecclesiastica scelerata que persona, cujuscumque conditionis & qualitat̄ existat, qua-

*Collectum he
limum ad
notitiam.
§.2. Similiter qui in Urbe Romana, vel in ejus distri-
ctu, occasione rixæ, vel brigæ domum communire, ar-
matos receptare, aut tenere, vel adhaerentes, & compli-
ces ac fautores brigæ atcessere, seu quacumque con-
ventionem, congregationem, & collectam hominum, ad
ultionem injurie invocare, excitare, invitare, vel recep-
tate præsumpsit per se, vel alium, crimen leæ Majes-
tatis incurat, & tanquam leæ Majestatis, rebellionis,
ac seditionis in Urbe concitatæ reus censetur, & habeat
tur, ac veluti talis à competentibus judicibus severissi-
me puniatur.*

*§.3. Ecclesiastici vero talia perpetrantes ab omni di-
gritate, honore, ordine, officio, & beneficio sint ipso
jure privati, & perpetua custodia mancipentur, benefi-
cia eorum liberè alii per illos ad quos eorum collatio
pertinet, conferantur. Omnesque præterea talia perpe-
trantes, & committentes, tanquam Christianæ religio-
nis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni populo, Civili-
tate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanae mediate vel im-
mediate subiecto, sint perpetuè diffidati, eorum dona,
tamen mobilia quam immobilia sint ipso jure Cameræ
Apostolicæ confiscata. Nulli præterea talium alicujus
aperiatur janua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici vel
mundani, seu ad alicujus loci regimen sit ascensus. Et ut
magis famola sit eorum infamia, factio testamenti actiæ
& passiæ sit eis inheredita, ad actus legitimos nullus cis-
pateat aditus, nulla porta pandatur, omni spe gratiæ, aut
dilapsationis adempta. Ac præter predictas penas,
sententiam excommunicationis, & perpetua maledi-
ctionis incurat, à qua absolvī non possint nisi per Ro-
manos Pontifices, præterquam in mortis articulo con-
stituti.*

*§.4. Illi vero qui ipsis offensis, vel offendentibus seu
brigosis adhaerere, favere, opem auxiliante permitte-
re, vel in dominibus aut Castris, locis, seu fortalitiis suis
receptare, aut qui juxta vulgare Facto de bene, deinceps
præsumpsit, tanquam fautores scelerum, & consipi-
tores aduersus publicam pacem, omnino similis r. bel-
lionis, confiscactionis, deponctionis, privationis, inhabi-
tationis, atque excommunicationis, & anathematis pe-
nas incurant.*

*§.5. Statuimus præterea, ut domos, & habitatio-
nes principalium offenditum, qui vindictam in alios, Domosque ne-
ut præmittitur sumere vel exercere, vel etiam qui ex utra-
que parte domos ipsi munire, aut congregations oc-
casione brigæ & collectas hominum adunare, aut armis
vel armatis, seu Steccatis, aut Propugnaculis communice
aut fuerint, in detestacionem tanti facinoris demoliantur,
& usque ad solum, in perpetuan infantiam prosternan-
tur, per hoc quoque scularibus, & aliis judicibus suis
competentibus non admittimus facultatem utendi statutis
& legibus aduersus tales editis vel edendis. Dignum
est enim ut nefandi ratione flagitiis, ult. onis, & veritas ex-
tendatur, & propter enormitatem facinorum, & penarum modus exuperet.*

*§.6. Ceterum volumus quod singuli in dicta Urbe
rixam seu brigam quomodolibet forsan impræsentiarum
habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cujuscum-
que status, vel conditionis fierint, post publicationem
præsentium in Curia Capitolii & aliis publicis dictæ
Urbis locis facienda, infra quindecim diecum spatiū
super illa in dilectos filios ejus in Urbis generali, Pa-
cerios nostros, ac Chericum de Chericis Civem & mi-
litem Vicentium, seu alium per nos ejus loco forsan
subrogandum aut deputandum, & de jure & de facto jux-
ta au toritatem & arbitrium eorum, plenarie compromis-
sus, ipsorumque decisionibus, sententiis, & mandatis,
que omnia & rata & grata habent, ac ab omnibus &
singulis quorum interest, vel intererit quomodolibet
in futurum, inviolabilit̄ observari volumus atque
mandamus, stare & parere debent, & teneantur.*

L 1 a Decet

Bullæ. Mag. Tom. I.

decerentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab animo, quod absit, perseveraverit indurato, lapsis mensibus eis quovis modo appellate.

Facisque hujusmodi fratres panis inuenientius incedat.

§.7. Inhibentes districius ne aliquis per seipsum aut quemvis alium directe, vel indirecte, seu alio quovis quæsito colore contra pacem, & concordias, haec tenus initas & factas, vel securitates praefitas, seu deinceps inuidas, venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet presumant, sub poenis ultra Urbis statuta in hujusmodi facta pace contentis, ac præmissis, & alii arbitrio nostro infligendis, quas rebellis, & contrafactualtes, ac pacem hujusmodi non servantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurant.

Hanc bullam in scriptura Vbiu defribi mandamus, quod praesentes nostræ literæ hujusmodi voluntatem, ordinacionem, & decretem nostrum continent, in volumine Statutorum dictæ nostræ Urbis, de verbo ad verbum denotentur, & describantur.

Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini 1466. Decimo Kal. Octob. Pont. nostri Anno tertio.

V. Prohibitio alienandi bona Ecclesiastica, aut illa ultra triennium locandi.

Hec bullæ est inter extravagantes communes, sed hic posui, quia in judiciis quotidie afferuntur. Et ut tibi dicam, quod circa locationes hujusmodi extat Conc. Trid. scilicet cap. 11. Et quoad alienationes habes etiam sup. const. 1. Leon. I. Occasio, & infra Paul. IV. const. 2. Injunction, & Pii V. const. 69. Volentes, & aliam const. 98. Etsi de singulis. Quo vero ad judices hujusmodi alienationum habes hic supr. const. 2. Cum in omnibus.

Edita An. D. P A V L V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Proximum.

Ambitione cupiditati, illorum præcipue qui divinis & humanis aff. & statis, damnatione postposita, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesia, Monasteria & pia loca reguntur illustranturque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, prophanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detractione exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurtere cupientes.

Prohibitio alienandi.

§.1. Omnium rerum & honorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem, & conductiōnem ultra triennium, necnon infederationem vel contractum emphyteuticum præterquam in casibus à jure permisīs, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiariis evidenti utilitate, ac de fructibus & bonis quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, has perpetuā valitura constitutione fieri prohibemus.

Innovatio prececessorum.

§.2. Prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus & decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominus rotore permanuis.

Rescisso alienatuum alterius.

§.3. Si quis contra hujus nostra prohibitionis seriem de bonis & rebus eisdem quicquam alienate præsumperit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infedatio hujusmodi nullius omnino sit roboris vel momenti, & tam qui alienat, quamvis qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrit, alienanti vero bona Ecclesiærum. Monasteriorum locorumque priorum quorunlibet inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesia sit penitus interdictus, & si per sex tantur, cumque propterea Cameræ Apostolicæ, nementes immediate sequentes sub interdicto hujusmodi, non venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium

bus eisdem à regimine & administratione sive Ecclesiæ vel Monasterii cui præsideret in spiritualibus & temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero Prelati, commendatarii, & alii Ecclesiastici Beneficiati, vel administrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, præposituris, præpositibus, dignitatibus, personatis, administrationibus, officiis, Canoniciis, prebendis, atque Ecclesiasticis cum cura & sine secularibus & regularibus beneficiis quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum Ordinationis vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis illis exceptis que propter ea private fuerint) liberè de jure conferti, nisi alias dispositione Apostolicæ Sedis sint specialiter aut generaliter reservata: & nihilominus alienata res & bona hujusmodi ad Ecclesiæ, Monasteria & loca pia ad quæ ante alienacionem hujusmodi pertinebant, liberè revertantur. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Domini Millefimo quadragesimo sexagesimo septimo, kal. Martii, Pont. nostri Anno quarto.

Quod Monasteria, Prioratus, & alia beneficia Ecclesiastica, perpetuo unita, & de cætero vacantia, teneantur Rever. Cameræ Apostolæ debita jura & servitia ut taxata sunt praestare. Alio vero Annatam persolvere singulis quindecim annis.

Hec bullæ comprobata fuit à Iul. II. die 28. Iulii 1505. cuius constitutio tanquam simpliciter confirmatoria, & à Paulo IV. hic infrâ relata, à me præmissa fuit. Declaratur autem & extenditur à Clem. VII. Paulo IV. Pio V. & Sixt. V. ut dicam infrâ in ejusdem const. 33. Camere.

P A V L V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Dicit Romanum Pontificem sic suis fore gratiis liberali, quod in Ecclesiarium, Monasteriorum, aut Clericis Ordinis personarum secularium sive regulorum favorem concessa, in Cameræ Apostolicæ, vel aliorum præjudicium non redundant.

§.1. Sanè dudum ad humiles universorum poscentium supplicationes, & ex certis rationabilibus causis tunc expressis inducti, tam Nos quam S. R. E. Martinus V. Eu- genius IV. Nicolaus etiam V. Callistus III. & Pius II. Pontifices prædecessores nostri quanplura diversorum Ordinum Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus Conventuales, necnon dignitates majores in Cathedralibus, Metropolitanis, & præincipales in Collegiatis Ecclesiæ, administrationes quoque, officia, & beneficia Ecclesiastica, etiam dispositioni Apostolicæ generaliter reservata, invicem vel aliis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiæ, etiamque Capitularibus mēsis, ac mensariis, dignitatibus, Collegiis, Universitatibus, & beneficiis, & præsertim Congregationis Canonorum Regularium S. Augustini Lateranen. & de Scope-to, seu S. Salvatoris nuncupatorum, Monachorum S. Justinæ Paduan, Montis Oliveti, S. Benedicti, Cisterciens, Vallis Umbrofæ, & Cartusiens, Ordinibus, presbyterorumque S. Georgii in Alga Venetiarum, atque aliis Monasteriis, domibus, Hospitalibus, fabricis, & piis locis, utriusque sexus personarum, sub diversis modis & formis Apostolica auctoritate univimus, incorporavimus, & anneximus, applicavimus, atque submisimus.

§.2. Propterea Ecclesia, Monasteria, Prioratus, Præposituræ, dignitates, administrationes, officia, & beneficia unita hujusmodi amplius nequaque vacare spe- C. v. fol. 1. non possunt, Cameræ Apostolicæ, nec immediatæ sequentes sub interdicto hujusmodi, non venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Car- binalium

dinalium Collegium, & Sedi Apostolice Officiales detrimentum non modicum patiuntur.

§.3. Nos quotum interest coram Camera, Collegii, & Officialium indemnitat prospicere, volentes quemadmodum par est uniones, incorporations, annexion, application, & submissions præfatae, si alias sit, & rationabiliter processerunt, ita in sua trinitate permaneant, quod ipsorum quibus una cum suis oneribus unita fuerit, commodis deserviant, & aliorum iura propterea non ladantr, auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod omnia, & singula Monasteria, videlicet illa quorum fructus, & redditus, & proventus ad summam centum flor. auri de Camera secundum communem estimationem ascendunt annuatim, si in libris ejusdem Cameræ taxati reperiuntur, communia, & minuta servitia, atque alia iura debita, & consueta, tam ipsis Cameræ, & Collegio quam Officialibus Prælatis.

§.4. Reliqua vero Monasteria, Prioratus, Præpositura, Præpositatus, dignitates, personatus, administratio- nes, officia, & beneficia, ut præfertur unita, pro quibus Cameræ Apostolica annata, seu alia iura solvi consueverant, vel debebant temporibus retroactis, & de solven- do singulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Cameræ per inadvertitiam facta non fuit, annatam, sive medios fructus unius anni in posterum singulis quindecim annis perpetuè sequutur, idem Camerario solvere teneantur & debeant.

§.5. Et quod de omnibus Monasteriis, Prioribus, Præpositibus, dignitatibus, personatibus, administratio- nibus, officiis, & beneficiis, ut præfertur unitis, à qua- rum unionibus temporibus, postquam illæ sortita effec- tum, anni quindecim effluxerunt, infra annum proximi futurum communia minuta, & alia seu annatas, & medios fructus hujusmodi solvere adstringantur etiam singulis annis quindecim in futurum, prout multe aliae similes uniones, & gratias obtinerent, faciunt, & facere con- fieverunt, & ad hoc iij quorum interest infra unius anni spatium se in eadem Cameræ efficaciter obligare debeant cum effectu.

§.6. Alioqui si à solutione aut obligatione præmissis cessare præsumperint, union, annexio, & incorporatio- nes præfatae habeantur penitus pro infectis, & sic unita Monasteria, Prioratus, Præpositura, Præpositatus, digni- tates, personatus, administratio- nes, officia, & cuiuslibet qualitatibus, aut generis beneficia hujusmodi, tamquam ve- rè vacanta possint libera à Sede prefata impetrari & ca- nonice obtinerti, ac si uniones ipsæ, & super eis confectæ literæ, processus quoque habiti per eosdem, & quæcumque inde secura nullatenus emanassent.

§.7. Non obstantibus unionis, & aliis præmissis, cæ- risque contraria quibuscumque.

Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Do- minice Millelmo quadragecentimo sexagesimo nono, octavo Id. Janvarii, Pont. nostri anno quinto.

II. Reductio Sanctissimi Jubilæi, sive Annī Sancti, ad annum vigesimum quintum, quo visitantes Basilicas SS. Petri, & Pauli, & S. Ioannis in Laterano, ac S. Mariæ Majoris de Urbe, plenissimam peccatorum veniam consequuntur.

Institutionem hujusmodi Jubilei pro quolibet centesimo anno statuit Bonif. VIII. ut sup. in eius conf. 7. Antiquorum, sed reductionem istam ad annum vi- gesimum quintum servarunt omnes huius Pont. successores usque ad Clem. VI^{II}. I. ut infra. in eius conf. §.8. Annus ubi notabo.

IV. D. P A V L V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

I Neffabilis providentia summi Patris qui pro redem- ptione humani generis, ejusque reconcilianda natura, Bullar. Mag. Tom. I.

Ad prævaricatione perpetua mortis damnatione mul- data, unigenitum suum vestem nostræ mortalitatis as- sumere, & post Evangelica doctrinæ sacra eruditamenta, ac virtù ipsius actus, & conversationis exempla crucem voluit & mortem subire, laudabili imitatione nos instruit ut qui insufficientibus meritis vices ipsius redemptoris tenemus in terris, summis emittamus studiis gregem domini- nicum vigilantia nostra, sua præordinatione commis- sum, quem callidi hostis versutia justitiae limitibus sep- divertit, auctori nostro, qui non mortem, sed pœnitenti- tiam desiderat peccatorum, reddere acceptabilem, & bo- norum operum feitorum, ut in extremi, tremendique judicii ratione reddenda rigorem justitiae & ultionis me- ritæ evitare possimus. Decet igitur nostra mentis intui- tum ad ea vigili attentione convertere, per quæ supremi favoris suffragante præsidio, ita universorum Christi fi- dium animarum salutis propiciamus utiliter, & gratiarum spiritualium donis salubriter consulamus, quod aduersus ipsius hostis astutias congruo valeat antidoto subveniri, ipisque fideles æternæ beatitudinis præmia largiente Altissimo consequantur.

§.1. Dudum siquidem cum fida relatio antiquorum habetur, quod accedentibus ad honorandam Principis Apostolorum de Urbe basilicam, magnæ concusse fo- rent remissiones & indulgentia peccatorum, f. licet re- cordat. Bonifacius Papa Octavus prædecessor noster

Bonif. VIII.
Jubilei quoli-
bus 100. an-
no concessus ne in
rno.

summo studio salutem appetens fidelium singulorum, & attenta consideratione recensens, quod per beatissimos Christianæ fidei Principes Petrum, & Paulum sacrofanta Romana & universalis Ecclesia religionis summis exordium, ac Evangelium CHRISTI ROMÆ resplenduit- let: ut iudicem Apostolorum Principes, gregis dominici Pastores, & iudicem Ecclesiæ coloniae firmissimæ, in speciali veneratione, & honorificentia habentur, ipse que prædecessor fidelibus ipsis incomparabilem salutis thesaurum aperiret, de fratrum suorum consilio voluit atque decrevit, quod omnes qui anno à nativitate Domini millesimo trecentesimo, & quolibet anno centesimo ex tune in ante securto ad ipsorum Apostolorum Ba- silicas de Urbe accederent reverenter, ipsasque si Roma- ni ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses quin- decim diebus continuis vel interpolatis, saltem semel in die, verè tamen pœnitentes & confessi, personaliter vili- tarunt, suorum omnium peccatorum remissionem, & ve- lam plenilimum obtincent.

§.2. Postmodum vero sanctæ recordationis Cle- mens Papa Sextus noster etiam prædecessor ex præmis- sis & nonnullis aliis annis suum moventibus causis indulgentiam antedictam ad annum quinquagesimum provida consideratione reducens, Apostolica auctoritate statuit, ut omnes Christi fideles qui prædictas Bai- licas & Lateranen. Ecclesiam de quinquaginta in quinqua- ginta annos certo modo tunc exprelio devote viuvave- rent, eandem peccatorum suorum veniam consequeren- tur.

Clem. vi. ad
annum 50. re-
duxit.

§.3. Et successivè piz memoria Gregorius Papa XI. Grg. XI. fa- similiter prædecessor noster cupiens, ut Ecclesia beata MARIE Majoris de Urbe cum eisdem Bai- licis & La- teranen. Ecclesia indulgentia privilegio decoraretur prædicto, ex certa scientia voluit, st. tuit, & auctori- tate prædicti ordinavit, quod quicunque Christi fideles hujusmodi indulgentiam per ipsius Clementis literas declaratam a seque affectarent, eandem Ecclesiam Beatae Marie Majoris, sicuti Basilicas, & Lateranen. Ec- clesiam supradictas visitare deberent, & etiam teneren- tur.

Greg. XI. fa-
miliam vir-
sus Eccle-
siam B. Ma-
ria Majoris.

§.4. Et deinde Urbanus Sextus in sua obedientia nuncupatus providè considerans, quod ætas hominum amplius solito in dies laberetur pauciores, ac desiderans pluri- quamplurimos ejusdem indulgentia fieri participes, cum ad annum quinquagesimum propter brevitetem vite plurimi hominum minimè perveniant, ut populorum augeretur devotio, fides splendorer, & charitas amplius incalceret, ex eisdem & aliis non minoribus causis de fratum suorum consilio annum quinquagesimum su- pradicatum ad trigesimum tertium reducens, statuit de fratum suorum corundem consilio, & Apostolicæ plenitudine

SIXTUS QUARTUS.

plenitudine potestatis, quod universi fideles verè pœnitentes & confessi, qui in anno à Nativitate ejusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, & deinceps perpetuis temporibus de triginta tribus annis in triginta tres annos Basilicas ac Lateranen. & sanctæ MARIE Majoris prædictæ Urbis Ecclesiæ causa devotionis modo premiso visitarent, candem consequentur remissionem, & veniam peccatorum.

*Mart. v. ap-
probavit.*

§. 5. Postremo verò postquam felicis recordationis Martinus Quintus Romanus Pontifex prædecessor nostra reductionem per eundem Urbanum factam hujusmodi ratam habens, & gratiam ipsam in sua firmitate persistere, & anno trigintotertio supradicto observari debere censuerat, & ad effectum deduci anno ingruente prædicto permiserauit, prout observata extitit.

*Nicol. v. con-
firmavit.*

§. 6. Pix recordationis Nicolaus Papa Quintus similiter prædecessor noster corundem prædecessorum in hærendo vestigiis prædictas Clementis ejusdem concessiones literas ratas habens & gratas, eas de fratum nostrorum tunc suorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine innovavit & approbavit, suique scripti patrocinio communivit, indixitque, statuit, decrevit, & ordinavit, ut omnes Christi fideles verè pœnitentes & confessi, qui juxta formam in literis Clementis prædecessoris hujusmodi comprehensam in anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quadragesimo quinquagesimo tunc futuro Basilicas, & Ecclesiæ antedictas visitarent, ut præfertur, omnium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consequerentur, prout in dictis literis plenus continetur.

*Hieron. Pen-
t. id annum
25. redact.*

§. 7. Nos igitur, qui miseratione Altissimi labentibus annis regimini Catholicæ & universalis Ecclesiæ fuiimus divina clementia disponente præfeti, provida consideratione non immixti attendentes humanæ conditionis statum fragilem ad peccandum proclivem, & ad declinationem usque adeo celeri cursu, ut præmititur, properare, brevissimum quoque vita spatiū, & peccatis nostris exigentibus, crebras pestilentias, varios morbos lethiferos, gravissimas quoque Turcarum & infideliū adversus fideles persecutions affidias, atque universam Christianitatem retroadi temporiis quassatam, adhuc variis, non quidem minoribus injuriis faciliſſi, & calamitosis casibus & dispendiis subjacere, aliasque plurimas ærumnas in Christi populos adeo invalescere, & eis atque aliis similiſſis casibus plerunque causantibus admodum pauci remissioni & indulgentiarum hujusmodi participes fieri mereantur, necnon attente confidantes novum, vel à moribus alienum non esse, pro varietate temporum, antecessorum corundem statuta reduci ad spatiū temporis brevioris, maximè pro salute animarum fideliū quam tota mente appetimus, & juxta datum nobis à Domino gratiam aliud procuramus, ex præmissis & quibusdam aliis non minoribus causis ad id annum nostrum inducentibus, annum trigesimum tertium hujusmodi de venerabilium fratrum nostrorum consilio, & ipsius potestatis plenitudine ad annum vigintiquintum reducentes, auoritate, scientia & potestate præmissis, statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus annus Jubilæus (plenaria videlicet remissionis, & gratia, & reconciliationis humani generis nostro piissimo Redemptori) cum omnibus & singulis indulgentiis, & peccatorum remissionibus supradictis de vigintiquinque annis cum gratiarum actione, & mentis jucunditate debeat ab omnibus Christi fidelibus frequentari, ac etiam celebrari. Nos enim de omnipotenti Dei misericordia, & ipsorum Apostolorum auctoritate confisi, eisdem utriusque sexus fideliibus, qui in anno Domini millesimo quadragesimo septuagesimoquinto, incipiendo à primis vesperis Vigiliæ Nativitatis Domini nostri Iesu Christi millesimo quadragesimo septuagesimo quarto, & ut sequitur finiendo, ac deinceps de vigintiquinque annis in vigintiquinque annos Basilicas, & Ecclesiæ antedictas alias iuxta ordinacionem eorundem prædecessorum devote visitaverint, ut præfertur, plenissimam peccatorum suorum omnium veniam elargimur.

§. 8. Attendant igitur universi fideles, qui ad ratio-

nem perspicuæ veritatis attingere querunt, ac in statera cordis iusto liberamine ponderent luorum sarcinam peccatorum, & quam graviter se reos constituerint erga ipsum Redemptorem piissimum, divinam contra se ele-
debit
geniu
qui
confi
qua
prop

mentiam provocando. Debitorum suorum etiam elegant memoria, atque animo repetant hujus defluentis facili cursum ad exitum continuo properare, & inexorabilem legem mortis absque ullius exceptionis beneficio omnibus esse indicant, qua sine personarum dignitatunque delectu cunctos reddit æquales, nihilque esse in quo vanam hujus mundi gloriam inanibus extollamus titulis, dum nascenti dies mortis indicitur, ac per tacitos, fallentesque decursus hujus vita mortalitas ad extremum diē fugaci temporis mobilitate raptatur. Pro-
vidè deinde considerent tremendi judicii diem, in qua omnium quæ in corpore gessimus, & sive bonum fuerit, tive malum, redditur erimus rationem, & absque provocationis effete quisque propriam mercedem accipiet, aut æternæ beatitudinis præmia, aut mortis perpetua, & damnationis æternæ supplicia, quibus secunda mors finem imponere, aut ea mitigare nequibit: & tandem cum ita sit, nihilque habeat humana mortalitas quod bonorum omnium largitori digne retribuere possit (cum nul- lum in se bonum inveniat, quod non sit ei liberaliter à Deo collatum) ut mortis hujus & damnationis detri-
menta evitent, his atque aliis meritoriis operibus pecca-
ta sua omni ex parte studeant expiare, ut saltem per hac media, atque remissionum, & indulgentiarum largitionum hujusmodi, quibus Christicolas omnes veluti data manu ad salutem perpetuam invitamus, ac sanctorum meritis & intercessiōnibus adjuti, ad æternam mereamur beatitudinem pervenire. Suscipiant etiam cuncti fidei Catholice professores patris monita & instituta salutis, atque præcipua cum exultatione ad præparandum iter sibi ad gloriam sempiternam has remissionum ac indulgentiarum gratias uberrimas, quas nos illarum dispensatores indigni, tanquam Iesu Christi Vicarius, de sa-
crosanctæ Romane Ecclesiæ thesauris exhibemus, ut
ipsorum animas ab hosti teterimi potestate eruptas, im-
mortali Deo Creatori nostro, sicuti supremis desideriis affectibus, exhibere, & nos cum eis superna beatitu-
dine perfrui valeamus. Amen. Nulli ergo, &c.

Dat. Roma apud S. Petrum, Anno à Nativitate ejus-
dem Domini millesimo quadragesimo septuagesimo,
4. 15
tercio decimo Kalend. Maii, Pont. nostri anno 6.

SIXTUS QUARTUS PONT. CCXVI.
ANNO DOMINI MCDLXXI.



Sixtus Quartus de Ruvere, Magister Franciscus Sa-
vonensis antea dictus, Ordinis Fratrum Minorum,
Presb.